HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Praeceptum posuit. & non praeteribit., Audiunt me & sentiunt. quae sensum non habent audiendi., Et populus gondam meus suo uitio stultus effectus. & non solum contempnit. sed & dulcedinem exasperauit dm., Recesserunt ab me. & mihi gauisi sunt. & concitauerunt gradum nostrum. os eorum exit conscientia. ut dicerent in cordibus suis. mihi ad musseum. quid at nobis pluuiam tempori suam & serotinam., Perque omnia ostendi bona. plenitudinem annua demessis., Pro quo aquilae prima editio & simmachus. Ebdomada inter pretati sunt. in hebreo enim scriptum est. sabaoth., Quod ambiguitate uerbi & septimana significat & plenitudinem., Iniquitates nostrae declinauerunt haec. & peccata nostra prohibuerunt bonum a nobis., Ergo si quando & mare transcendit terminos suos. & pluuia prohibetur., Nequaquam abbreuiata. est manus dni ut iste non faciat. sed peccata nostra haec a nos euenientia declinarunt. ut ad alios pergerent qui non peccauerunt., Et prohibuerunt in quidiam uenien s a nos bonum., Iuxta illud quod secundum litteram scriptum est., Mandabo nubibus ne pluant super imbrem., Possumus autem imbrem tempori suam & serotinum. legem accipere. & euangelium., Et diuersas uocationes. a prima hora usque ad undecimam. In quibus operari uineae. unum uitae aeternae praemium pollicitur.,

Quia inuenti sunt in populo meo impii. insidiantes quasi aucupes. laqueos ponentes. & pedica ad capiendos uiros., Sicut decipula plena auibus. sic domus eorum plena dolo. ut declinarent habere imbrem tempori suum & serotinum. & bona omnia non uenirent., Et causae subiciuntur. quia inuenti sunt in populo eius impii.,

Non dixit iniquos & peccatores. ut nouauit haeresis. sed impios., Impietas apostata negat dm. & iniquitates adque peccatum si confitetur. et rore facile admisericordiam flectit dm., Quod quem nos dicimus insidiantes quasi aucupes. & in LXX non habetur., Aquila & simmachus transtulerunt uerbum. iasir. quasi retiaucupes., Quod etiam quibonus in eos uidetur & rectus instar aucupis tendat insidias. dum in uicem seuenantur ad mortem., Et aliorum damnis adque dispendiis. suas complent domos., Ut impleatur philosophorum illa sententia. omnes diues aut iniquus aut heresiniqui adque utinam ab his tantum fiat quiuident foris. &c. & quos dns iudicat. & non in nostris conuenticulis impleantur quos possidet & in eis omnium malorum aduartia. tra ut euenientium ad nos non ore contemplemur sed manis.,